

QUAESTIONUM ETYMOLOGICARUM

PARTICULA II.

SCRIPSIT

DR. THISQUEN

IN GYMNASIO REGIO MONASTERIENSI AD EIFLIAM SUPERIORI ORDINIS PRAECEPTOR.



QUESTIONS ET REVISIONS

TABLEAU DE

LES REVISIONS

Tableau des révisions

Quae denuo recepi studia etymologica, eorum nunc qualescunque fructus occasione oblata in lucem prodeunt hoc altero libello, quo partim nonnulla prioris libelli mei, septem abhinc annis conscripti, iterum, sed aliquanto accuratius, sunt disputata, partim nova quaedam nec ea pauca, eiusdem generis singulis locis addita. Si qua passim desiderabuntur, e scriptis virorum doctorum, quae aut ad confirmandas aut ad infirmandas facere videantur sententias, quas his schedulis protuli meum potissimum iudicium secutus, propter librorum penuriam non vereor, ne apud aequos iudices non aliquid saltem excusationis sit.

De vocabulis quibusdam a radice I.

§ 1.

Ἴέναι vocis radix brevior et usitatissima *I* est, verum plenior eademque nativa *ει*; vide, quae de communi verbis. *Ἴέναι*, *εἶναι*, *ἰέναι* etc. origine disputavi in horum studiorum meorum primitiis publice propositis: Ueber griech. Etymologie; Progr. Gymnas. Münstereifel 1861 p. 26 sqq.

Recte Doederlinius (v. Forcell. lex. s. v. *Via*) eandem illam integram Latino *ire* attribuit radicem comparatis iis cum *ire* cognatis formis, quae digamma etiam nunc exhibent, ut *bi* (be, pe) pro *vi* in v. *bitere* (betere, petere); (cf. Ahrens. de dial. Graec. I p. 34, 35: *βρίζα*, Wurzel, pro *ερίζα*; *Βοῆσσα*, nomen Lesbiaci promontorii, a *ερίγγυμι*; *βιδύ* (*ἡδύ*) Ahr. I, 226; Aeolicum *αῦως* i. q. Laconicum *αβώς* Ahrens. l. c. p. 38; Laconicum *βέργον* i. q. *εργον*, Werk, Ahr. II p. 46. Eadem orthographiae ratio haud rara in inscriptionibus Latinis: atabis, curbati, boluerit cet. Forcell. lex. s. l. U. Notionem si spectas, v. *bitere* (petere) plane eandem vim et sententiam habet, quam *ι* littera, optativo (quo optandi s. *petendi* actus significatur) propria (v. *φέρ-ο-ι-μι* progr. c. p. 28), quare non dubito, et huius vocalis originem ab *Ἴέναι* ducere. Nescio ob eam causam, an littera *ο* optativi *βιώην*, pro *βιο-ει-ην*, digammatis causa sit producta (de qua digammatis potestate cf. libelli mei c. § 2). Cui formae subiungi possunt optativi *δύην* et *φύην*, in quibus integram relinquo, utrum et ipsi propter digamma, extrito *ι*, ut in Aeolico

λαχόνην pro λαχόην Ahr. I p. 101, cuius rationem τύ-δε pro τύδε sequitur, vid. infra § 8, adn. 5, penultimae vocalem habeant productam, an propterea, quod sit, neglecto digammate, ὄ contractum ex ὄ.

§ 2.

Εἶναι et Ἰέναι. Satis quidem copiose mihi videor in libelli mei proxime citati §§ 25, 26 exposuisse, verba εἶμι et εἰμί eiusdem esse etymi; neque tamen a re alienum esse censeo, si, quae illic minus acute disputata sunt, hic accuratius retractem atque emendatius.

Voces εἶμι et εἰμί proprie sunt perfecti temporis formae, servata perfecti reduplicatione *σεσι*, sed desinentes in -μι propter praesentis temporis quam induerunt significationem, (similiter ἦζω, οἴχομαι, ἕσταμεν; cf. progr. c. § 25 adn. 4, §. 26 p. 31), ambae descendentes ab eodem ἦμι s. ἴω, cuius radix *σι*, *ί* vel *σε*, *έ* est.

Adn. 1. Quemadmodum rad. *στα* verbi ἵστημι e θε (τε) verbi τίθημι (vid. progr. cit. § 24, 2), ita rad. βα verbi βαίνω e βε (be-tere) pro *σε*, *έ* facta est, cui radici, ut in verb. τι-τρά-ω, τε-τρά(ι)ν-ω, ν intersertum vides, adiuncta est liquida λ in verbo factitivo βάλ-λω m-itt-o „gehen lassen“ (ut ab ἴρε; de hoc m vide infra ad μιμῆσθαι § 8, adn. 2); βαλ e βελ, arcadice δελ; in titulo enim Arcadico legitur ἐξδέλλοντες pro ἐκβάλλοντες; vid. Jahn, Jahrbücher f. Phil. u. Päd. Bd. 83 p. 591; vere igitur Arcadicum est ζέλλω pro βάλλω; cf. Ahr. I p. 233; eodem haud dubie ἄλ-λομαι pertinet, neque eunctor θέω e θέσω, Aeolice θείνω (Ahr. de d. gr. I p. 36 adn. 11) a reduplicata rad. *σι*, in *σε*, s. *έ* obscurata, assumpto θ ducere (sicut ῥ-έ-ω ab eodem *φέ-σω*, assumpto ρ; Ahrens. d. d. gr. II p. 51: „δεδροικώς pro δεδρκοικώς i. q. δεδοικώς; cf. *φάγγυμι*, *φρήγγυμι* et infra § 8, adn. 5 in fine), ut in ἄλ-ς, θάλ-ασσα, ἄμα, θάμα, τέ-θει-κα vid. progr. c. p. 22; vis reduplicationis est hic intensiva (ut in παιπάλλω, vid. Lobeck. ad Soph. Aj. v. 380), quâ notio lenioris eundi actionis in significationem transit concitatoris currendi; hinc verb. σεύω et σείω.

Adn. 2. Illius vocalis ε in α mutationis exempla sunt πατρά-σι et σφᾶς; πατρά-σι e πατέρ-σι, hinc per metathesin πατρέ-σι, unde, ε mutato in α, πατρά-σι; similis ratio est terminationis -ες acc. plur. vocabuli τριήρε-ας e τριήρε-ες (cf. acc. pl. pastor-es), inde τριήρεις. Pari modo pro acc. σφᾶς, cuius nomin. σφεῖς e σφέ-ες est, in inscriptione illa Tegeea (vid. Jahn. l. c. p. 593) legitur σφεῖς: „εἴ καν δέατοι σφεῖς πόλεμος ἦναι ὁ κολύ(ω)ν ἢ ἐφθορῶς τὰ ἔργα“, quae forma σφεῖς quum vix (v. § 8, adn. 5) dativus esse possit, e δέατοι igitur aegre pendeat, dubitare licet, an haec vox cum verbis ὁ κολύων τὰ ἔργα sit construenda (κολύειν τινά τι).

§ 3.

Εἶκα ἐμαντόν sive εἶκα cum tacita ad subiectum relatione, i. q. εἶμι, εἰμί, est: *me misi*, *me commovi* — nostrum ich habe mich in Bewegung gesetzt — alicunde aliquo; hinc efficitur, ut aut nondum eo, quo volui, pervenerim i. e. ut nunc quoque *eo me moveam*, *eam*, *in itinere sim*, aut ut iam quem petii locum, nactus sim, *eo* igitur *loco* quem attigi, nunc vel

me moveam, eam, verser vel sim. [Utriusque notiois perspicuum exemplum est *κείμαι* (vid. progr. cit. § 24) *εἰς τι, ἐν τι*, ab *εἶμαι*; utramque prorsus eodem modo notionem complectitur cognatum verbum *ἤζω*, de quo infra § 4 plura.] Prior illa et ab origine propior *alicunde aliquo eundi* potestas vulgaris notio vocis *εἶμι*, haec posterior, ab ortu paullo remotior, quam hoc modò Latine reddimus: *me ibi moveo, versor, sum* (nostrum *sich befinden, leben, sein*) usitatissima vocis *εἶμι* facta est; quare *plerumque* illic consuevimus interrogare: *unde?* et *quo?*, hic *ubi?*

Ad. 1. Quaestio hoc loco existit, cur *εἶμι* maxime nativam *εἶ*, *ι* radicem retinuerit, contra *εἶμι* mutaverit ubique fere in *εε, ἐ*. Eadem ratio est vocalium *ι* et *ε* in reduplicationibus praesentis temp. et perfecti (Vid. progr. c. § 23 adnot.).

Quemadmodum enim, quod praesens, ante oculos est vel fit, multo magis clarescit, quam quod iam est praeteritum, e conspectu recessit, ita actus etiam movendi s. petendi locum acrius omnium animos in se convertit, clarius solet conspici, quam quae inde subsequuta est praesentia, quies, commoratio. Iam usus clarae *ι* vocalis haud raro is cernitur, ut occurrat, ubi quid clare ante oculos, animo obversetur, eadem autem *ι* littera facile transeat in minus claram *ε* vocalem, si eiusdem rei perspicuitas aliquatenus sit imminuta. Et prius illud quidem protinus apparet factum, esse tum in longe plurimis praesentis temp. reduplicationibus, ut in *τι* verbi *τίθημι*, tum in rad. *ι* verbi *εἶμι*, in *ἴω* (pro *ἦμι*) a rad. *εἶ*, in *ἔμαι* ab eadem radice, in Epico *ἴω* (pro *ἰνέομαι*), hoc posterius et in omnibus praeteriti temp. reduplicationibus, ut in *τέθεικά, πέφρον*, et in rad. *ἐ*, ex *ι* profecta, verbi *εἶμι*. — Sic apertissime vocabuli *ἦζώ* clarius *η* syllabae penultima acutiorem imitatur vocem, contra minus clarum *ω* subsequenter *ζω* fuscum echūs responsum. Huc referas *ε* et *η*, in perfecti II formis in *ο* et *ω* mutata. — Accus. *ἦζώ*, id quod obiter adnotamus, propter accentum ad secundam deflectit declinationem, ut *νεών*, omisso tamen *ν*, quod Aeoles quidem — vid. Ahrens. de gr. d. I § 21 — retinuerunt, velut in *Ἡρώ, Πειθώ* pro vulgari *Ἡρώ, Πειθώ*, (ex ratione Aeolibus propria feminina in *ω* scribuntur paroxytonōs), sicut nomin. *ἦζώ* *ς* abiecit, quod in articulo *ὀ* et in Arcadico *ὀπερ* pro *ὀσπερ* (Iahn. l. c.) factum esse videmus. Contra *ἦζώ* et *αἰδῶ* III. Decl. sequuntur, quod *ὀά*, cuius prior pars accentu effertur, coniungitur in *ὦ* circumflexum.

Εἶμι et *εἶμι*, ut supra demonstratum est, sunt verba coniugata, quippe eiusdem originis, ab eadem radice *ι* verbi *ἦμι* s. *ἴω* ducta, eiusdem perfecti *εἶκα* sc. *εἰμάντων* variatae formae; quare haec verba proprie idem valuisse existimandum est. Hinc vix mirum esse potest, alterutrum potiore alterius passim potestatem sibi vindicasse, ita ut verbi *εἶμι* notio sit traducta ad alteram vocis *εἶμι*, *εἶμι* vicissim vocis *εἶμι* induerit significacionem. Huius posterioris generis exemplum est Xen. Anab. I, 1, 7: *αἱ δὲ πηγάαι αὐτοῦ εἰσιν ἐκ τῶν βασιλείων*; cf. similia exempla, quae ex Demosthene ad hunc locum Kruegerus apposuit. Cum quibus congruit *εἰς ἀνάγκην κείμεθα* Eur. Iph. T. 620, ubi *εἰς* vulgo accipitur pro *ἐν* (vid. Lobeck. ad Soph. Aj. v. 80), quod alias sane esse potest; cf. quae infra § 7 de Arcadica praep. *ἐν* disputavi. Sed quum vox *κείμαι* descendat ab *εἶμαι* (vid. *κείμαι* in libello meo cit. p. 22), in quo movendi quopiam vel alicunde inest notio, haec nimirum constructio cur quid admirationis habeat, omnino non video. — Prioris autem generis exemplum praebet Xenophontis locus Cyr. I, 2, 16:

τὸν ἰόντα πον, ubi εἶμι verbi εἰμί vim habet, quâ est i. q. Latinae v. v. *me moveo, versor, sum alicubi*, (cum quo conspirat Boeotici partic. formatio ἰών pro ἔών Ahr. I p. 211). Ob eam causam equidem Breidenbachii ad h. l. sententiam improbo, dicentis, verba τὸν ἰόντα πον duas complecti constructiones vel subaudiendum esse verbum alterum cum πον conveniens. Eadem prorsus ratio obtinet in κείμαι ἐν, ubi, quum hoc verbum proprie sit i. q. εἶμαι: „missus, iactus sum aliquo, ergo iaceo (cf. ὑπόκειμαι subiectus sum, subiaceo), nemo tamen facile contenderit, κείμαι ἐν structuram esse ex duarum sententiarum partibus conflata.

Adn. 2. ἐγενόμην (γέντο) a rad. γεν (quae et ipsa a rad. σε, unde εἰμί, εἶμι, vid. infra § 8 adn. 4) item complectitur duas illas notiones movendi aliquo et quietis, commorationis alicubi; est *stebam, evadebam et fui*; pariter γέγονα alias *evasi* significat, partim *fui*, praeterea *sum*.

§ 4.

Iis, quae supra de voce ἦκω, cum v. v. εἶμι et εἰμί cognata, cursim exposui, accuratiora quaedam addenda esse censeo. ἦκω, itidem ab εἶκα subaudito pronomine reflexivo (vid. l. c. libelli mei), est aut sensu perfecti historici (ἀοριστικῶς): *me contuli aliquo* (ich begab mich irgendwohin, kam dort an; cf. Krueger. ad Xen. Anab. I, 4 § 13: „ὑπέσχετο, — δώσειν, ἐπὶν εἰς Βαβυλῶνα ἴκωσιν,“ ubi ἦκω sc. ἐμαυτὸν pro coniunctivo aoristi ἦκα sc. ἐμ.), quare Schweighaeuser. in lex. Herod. adnotat: „ἦκειν non solum *venire*, sed et notione praeteriti *venisse*; simili ratione impf. ἦκε habet significationem plusqpf. *venerat*,“ aut sensu perfecti logici: *me commovi aliquo*, nostrum: „ich habe mich irgendwohin in Bewegung gesetzt,“ hinc tum in eo est, ut iens prope accedam eo, quo volui, i. e. *venio* *), tum *modo adveni, iam adsum*; vid. Buttm. Ausf. Gr. sub ἰκνέομαι (unde ἰχθύς vel ἰχθύς — aspiratio pro digammate in monumentis Atticis cf. Keil. sched. epigr. l. c. —, quam vocem ἰχθύς grammatici ab ἰκνέομαι et θίω derivabant: Gell. Noct. Att. II, 3, 2) et sub ἔρχομαι.

Contraria ratione ἦκω, c. adiectivo coniunctum, proxime ad v. εἰμί accedit notionem, ut apud Soph. El. 797: „πολλῶν ἐν ἦκοις ἄξιός τε χεῖν; Oed. T. 1519: Ἄλλὰ θεοῖς γ' ἔχθιστος ἦκω; de quibus et aliis exemplis vid. H. Steph. thes. gr. l. sub ἦκω. — Deinde hac in re simillima inter se sunt ἦκω et εἰμί: Quemadmodum, ut supra expositum est, ἦκω esse potest *venerat* ita etiam, significatione compositi προσῆκε, nostrum: „es war Jemanden zugekommen“ i. e. *alicuius fuerat*, quam plusquamperfecti notionem agnoscis in ἦσαν reservatam apud Xen. An. I, 1, 6: καὶ γὰρ ἦσαν αἱ Ἰωνικαὶ πόλεις Τισσαφέρου τοῦ ἀρχαῖου· τότε δ' ἀπέστησαν πρὸς Κῦρον, ubi Kruegerus recte vertit: „sie hatten gehört.“

*) „Iam prope accedo eo, quo volo,“ i. q. „venio,“ idem fere est, quod „mox adveniam.“ Hinc liquet, cur εἶμι, proprie prorsus eiusdem cum v. ἦκω naturae, futuri temp. notionem potuerit adsciscere, id quod iam in programm. c. § 25 attigi; sic Xen. Anab. II, 2, 4: ἀπίοντας i. q. nostrum: „im Begriffe wegzugehen“; contra in iis, quae eadem de re Buttm. Ausf. Gr. I, § 108 adn. 23 disputat, argumentum desideratur ex *ipsius formae* natura depromptum.

Ἡξει igitur est aut *veniam* aut *advenero*. In *-ω* autem pro *a* desinit perfectum propter potiore[m] praesentis temp. notionem. In eo quoque perfecti (praesentiae) intellectus cernitur, quod ἦνω apud omnes scriptores classicos nisi praesentis, imperfecti futuriq[ue] temp. formas non exhibet; cf. Buttm. Ausf. Gr. sub *ἰνέομαι*, ut ἦεν, desinens in *-ειν*, plusquamperfecti, ergo εἶμ perfecti temp. forma est; vid. Buttm. Ausf. Gr. I. § 108 adn. 27. Sin formam εἶνω expectas pro voce ἦνω sive ἴνω (Buttm. sub *ἰνέομαι*), vel ex Dorico *ἔνωα*, *ἀφένωα*, *ἀνεώσθαι* (Buttm. § 108 sub *ἴημι*; Ahrens. de gr. dial. II, 344) atque ex Arcadico (3. sing. imper.) *ἀφεώσθω* in titulo Tegeeo (Iahn. N. J. l. c. p. 595) licet conicere, etiam perfectum ἦκα praeter εἶκα in usu fuisse. Radix enim vocis ἴημι s. ἴω est *φι*, *φε*; ex *φέφεκα* s. *φέ(ε)κα* fieri potuit aut *φεῖκα* (*εἶκα*): trita illa forma, aut *φέηκα* (ubi alterum *φε* i. q. η, ut βασιλέφες Ionice βασιλῆες, ut ἡργασμένων, ab *φεργάζομαι*, pro vulgato *εργασμένων*, in inscriptione Arcadica cit.), inde *ἔηκα*, ἦκα, cuius η commutatum in ω pari modo est, atque in *ἔρῳγα*; similis vocalis ε in o commutatio invenitur in nonnullis perfectis I activi, ut, praeter nota illa *πέπομφα* cct., in *ἐφθορκώς* pro *ἐφθαρκώς* in eodem illo titulo Tegeeo. Consulto mihi videtur peculiare illud Homericum *ἐδήδοται* Od. XXII, 56 formatum esse in versu: „ῥοσα τοι ἐκάπνοια καὶ ἐδήδοται ἐν μεγάροισιν“ et metro suadente et ideo, ut simul efficiantur verba similiter desinentia (*ὁμοιοτέλεια*, velut apud Virg. Aen. I, 294: „impius intus“, I, 325. „filius orsus“, II, 483: „domus intus“, VI, 726: „spiritus intus“). Ita o pro i per ε in ὄμβρος „imber“, quae utraque vox est ab rad. *φι*, *φε* verbi ἴημι. (In p. 17 progr. mei c. lin. 22 lege *πο* pro *πω*.)

Neque alia verbi *φέθω* v. Ahr. II p. 340 ratio est; pf. II *φέθοθα* i. q. *φέωθα* (sicut ab antiquo *ἀμπελοφεργός* a *φεργάζομαι* invenitur compositum *ἀμπελωργικά* digammatis vi (Ahrens. d. d. gr. II p. 42); hinc per metathesin *εῦωθα*, unde *εἶωθα*. Ergo *ἔνωα* ex *ἔηκα* s. ἦκα perfectum existimandum est.

Εἶμι et ἦνω, praeter pare[m] notionem, etiam formâ eo apparent similia, quod in inscriptione illa Tegeea legitur inf. ἦ-ναι pro εἶ-ναι, quod η in ἦ-ναι eodem modo factum est, ut supra ἦκα ab ἴημι. Neque sane inepte Michaelis hoc ἦ-ναι comparat cum *κατηφρον(ε)-ἦναι* (in eodem titulo pro *καταφρονῆναι*: Iahn. l. c.), quae terminatio nihil aliud est nisi infinitivus ἦναι verbi *εἶμι*; cf. *τύπτ-οντ-ι* infra § 5. — Contra *εἶνω*, *φεῖνω* weiche — Ahrens. d. d. gr. II p. 41 — magis quam ἦνω ad similitudinem vocum *εἶκα*, *εἶμι*, *εἶμι* accedit. Adde, qui in titulis Doricis (Ahrens. d. d. gr. II § 40) occurrunt infinitivi verbi *εἶμι*: *εἶ-μεν*, ἦ-μεν.

Adn. 1. Cave inf. *ἄναι* conferas cum *κατηφρον(ε)-ἦναι*; ἄημι enim quum a stirpe *ἄνε*, *ἄφε* sit, (recte ἄημι proprie ἄσημι: Mützell Zeitschr. f. d. Gymnasialw. 13. Jahrgang 1859, Augustheft p. 620; Dr. Muys Griechenland und der Orient, Coeln 1856 p. 5), digammatis vi η stirpis *ἄφε* pro *φε* ubique remansit.

Adn. 2. *φεῖνω* weiche et ipsum perfectum est, itidem desinens in ω propter praesentis temp. significationem, e *φέφεκα* sc. *ἐμαντόν*: „ich habe mich — irgendwoher — in Bewegung gesetzt, weiche also von dorthier,“ — unde vitare pro victare: „ich weiche“, frequentativum verbi *vi(n)cere*: „ich bringe zum Weichen“; vid. Zeitschr. für Gymnasialw. 20. Jahrg. Februar 1866 p. 169. — Hinc orta est praep. *ἐξ*, *ἐξ*, *φεξ*, *ἐξ* (Keilli sched. epigr. l. l.), quae et ipsa, sicut *εἶνω*, cum dativo constructa bis invenitur in titulo Tegeeo (Iahn

l. c.); ibi legitur: ἐς τοῖ ἔργοι, ἐπές τοῖ ἔργοι (Arcadice pro ἔργω); ἐς et Arcadice et Boeotice (Ahrens. I, 213) pro ἐκ, ἐξ; ἐς igitur modo pro ἐκ, ἐξ, modo pro εἰς (vid. infra § 7 de praep. ἰν). Itaque idem ἐς duas contrarias complectitur notiones, quas si coniunctas cogitas, ἐς designare potest motionem circa centrum puncti, quod, unde (ἐς pro ἐκ) profectum est, eodem (ἐς pro εἰς) redit; hinc linea efficitur circularis, quapropter ἐν-ἐς illud pro ἐπέκ (cf. παρέκ, ὑπέκ) sine ulla dubitatione pro περί (unde περιφέρεια) intelligi potest: ἐπ-: in, adversus (punctum) + -εσ (pro ἐκ) ab (eodem puncto); quare praeter necessitatem Curtius iudicavit, ἐπές illo loco adverbium esse atque idem valere quod „praeterea.“

Cum εἶκω cognata sunt etiam v. v. κε(v) (Dorice κα, Arcadice in titulo Tegeeo: „κων“: forma alias hucusque nondum reperta) et γε (Dorice γα); propter cedendi, concedendi verbi εἶκω notionem multo probabilius est, eas voculas proxime quidem ab ἐκ per metathesin, servata perfecti nota κ verbi εἶκω, factas esse, quam directe a vocum εἶμι, εἶμι radice κ, κε, mutato κ in ζ: ut in κίω (vid. Pass. lex. s. v. κε), quod ex posteriore sententia non speciatim concedendi, quae necessaria est, notio, sed generatim eundi solummodo his voculis inesset; neque eo secius, quia εἶκω item a κ, κε descendit, v adscriptum est, ut praepositioni ἰν; vid. infra § 7 et adverb. loci in -ν § 8, adn. 5.

§ 5.

Ex superioribus iam intelleximus, Graeca verba eundi et veniendi singulariter reflexivas vel medii formas amare; praeter εἶκα sc. ἐμαυτόν, unde εἶμι, εἶμι, ἦκω, εἶκω descendunt, vocis εἶμι affero imperf. med. ἦμην, vocis εἶμι medium ἔμαι, ἔμην (properare, se proripere), ἰνέομαι (epice ἴκω, quod verbum, propter significationem „adeundi aliquem, supplicandi, petendi ab aliquo,“ cognatum est cum Latino bitere a rad. κ, κε verbi ἴρε; cf. § 1). Proinde lectionem ἐλθοίμην Batrachom. 178 (vid. Buttm. Ausf. Gr. sub ἔρχομαι) summopere cave mutes in ἐλθοίην.

§ 6.

Participii praes. stirpis ἐντ- vestigia in verborum terminationibus frequenter reperiri, uberime docui in libelli mei c. §§ 27 et 28. (Adde Doricum νικᾶντι, pro νικῶντι, e νικά-εντ-ι et, mutato ε in ο, Doricum φιλόντι — Ahrens. II p. 308, p. 310 — e φιλ(έ)-οντ-ι, ἐνό, ἐξό pro ἐνεσσι, ἐξεσσι Ahr. II p. 360; aperte ο a partic. οντ, quare ultima accentu ornanda est, praeterea Dorica ἐπλην, ἐρῶν — Ahrens. II p. 308, — pro ἐπλει, ἐρῶει, haud dubie ex ἐπλευ-εντ) — obloquente quidem Ahrensio — abiecto τ, servato ν ἐφελκυστ. Ob eandem causam in Doricis ἐλέγον, ἐλύσαν, ἐφιλάθεν, ex ἐλέγοντ, ἐλύσαντ, ἐφιλάθεντ Latinorum more, vi positionis acuitur penultima; Ahr. II p. 28. His, quae illic § 27, 3 explicavi, iuvat nunc adnectere ex inscriptione Tegeea cit. (vid. Iahn. l. l. p. 595) 3 pers. plur. conii.: κρίνωσι, κελύωσι, quae Arcadicae formae comprobant, quod illic contendit, Doricum τύπτ-οντ-ι esse pro τύπτ-οντ-σι, unde τύπτουσι, ut λείπονσα, λιπόνσα Cret. Arg. Ahrens. II p. 307 pro λείπουσα, λιποῦσα, quae gignuntur formae e λείπ-οντ-σα, λιπόντσα. Τύπτ-οντ-σι enim vulgo est (cf. libelli mei l. c.) „sie

schlagen seiend“ pro nostro: „sie sind schlagend“ i. e. versantes in pulsando sunt; sed, si usu receptum esset, poterat etiam esse: *in eo est, ut pulsant, veniunt ad pulsandum, incipiunt pulsare*. Hanc alteram notionem vides praevalere in v. ἔλπ-οντ-αι (a verbo factitivo ἔλπω — „lasse, mache hoffen“ — quod est causativum verbi *velle* cf. Zeitschr. für Alterthumsw. 15. Jahrg. 1857 No. 76; — ἔλπω sc. ἐμαντόν i. q. ἔλπομαι): *faciunt, ut ipsi sperent* i. q. *in spem veniunt, sperare incipiunt*; ἐόλπ-οντ-αι (vid. progr. c. § 27) *in spem venerunt* i. e. *sperant nunc*: unde utraque vocis εἰμί notio denuo apparet. Hinc manifestum fit, cur nonnullis verbis prae ceteris, sermonis quodam arbitrio, potestas attributa sit *factitiva* vel *incipiendi*, etiamsi in -στω, quae est propria inchoativorum terminatio, non finiuntur, cuius generis verba haud pauca possunt investigari, ut παύω, παύομαι; cf. Lobeck. ad Soph. Aiac. v. 40. Haec *incipiendi* notio etiam in v. v. ἔδομαι et πίομαι latet: ambae naturâ et specie vere praesentis medii formae (vid. Buttm. Ausf. Gr. sub ἐσθίω, πίνω), proprie: „*incipio edere (bibere), venio ad edendum (bibendum), esurus sum*“ in quibus vulgari usu id, quod quis sibi *hoc* tempore proponit, ut *brevi fiat*, leni sane commutatione abit in id, quod *mox fiet*: praesens igitur tempus in futurum. Neque aliter ἐσθίω proprie designat consilium edendi (θι a πι, ί; cf. ἕμερος progr. c. § 24 et infra § 10), in quo verbo vicissim pro eo, quod in praesentia apparatur, ut *mox fiat*, vulgo id cogitatur, quod *hoc tempore fit*. Contra, si qua vox et *formam* et *notionem futuri* habet, vehementer dubito, an e sententia vere futurae actionis, *retento huius temporis caractere*, nusquam possit effici intellectus et forma temporis *praesentis*; cf. § 9, adn. 2.

§ 7.

Sicuti stirps part. praes. ἐντ- verbi εἰμί in plurimis verborum terminationibus reperitur, cur stirps ἰοντ- vocis εἰμί in stirpis ἐντ- locum interdum succedere nequiverit, non video, scilicet quam ambae proprie stirpes eiusdem originis sint, eiusdem potestatis. Cuius generis exemplum est forma Dorica *φιλιόντι* pro *φιλέουσι* (vid. progr. c. § 27, 2), quam e *φιλ(ε)-ιοντ-αι*, eiecto ε, natam esse nunc mutata sententia existimo. Adde Dorica *φιλίω, φιλίωμεν, φιλιόντι* praeter *φιλότι*; cf. Ahrens. II p. 308. Cuius vocis rationem in universum verba derivativa in εω, αω, οω ab origine secuta anti quitus iota consonans intermedium habuerunt, Ahr. I p. 138. Ipsarum praepositionum ἐν et εἰς et formas et notiones mihi persuasum est referendas esse ad stirpem illam ἐντ-. Etenim quas coniunctas in ἐντ- vidimus notiones et *veniendi aliquo* et *versandi* vel *quietis alicubi*, easdem vulgo seiunctas cernimus in εἰς et ἐν ita, ut illud potissimum motus, hoc plurimum quietis significationem retinuerit. Sed proprie utramque praepositionem utroque modo accipi posse, effici potest hoc testimonio ex allata illa inscriptione Tegeea (Iahn. I. c. p. 596), in qua legitur forma ἰν et pro ἐν et pro εἰς. Inde liquet, hoc ἰν Latinum *in* esse, quod et ipsum utrumque habet intellectum et quietis alicubi et motionis aliquo (Iahn. I. c. p. 596: ἐν c. accus. et Boeotice et in aliis Graeciae dialectis in septentrionem spectantis; ibidem: ἰν c. dat. et accus.). Iam ostendi in progr. c. § 27, 3 adn. I (cf. Ahrens. d. gr. d. II p. 358) ἐνς inveniri pro εἰς. Itaque ἰν pro ἐν et ἐνς, ubi τ deest (cf. progr. c. § 27, 4: glossa Hesychiana: ἔχοντι pro ἔχ-οντ-αι, unde ἔχουσι). Haud cunctanter ἢ δεικτικόν tituli Arcad. c. in v. τωνί pro τοντοῖ per metathesin a praepositione ἰν repeto. Conferas

infra terminationes adverbiorum loci in *-v* § 8, adn. 5. In eodem igitur *iv* facillime apparet non solum radix *I*-nativa vocalis non minus verbi *εἶμι* (cf. progr. c. § 26 initio) quam *εἶμι* propria — sed etiam duplex eius notio. Praeterea *iv* cum verbis *εἶμι*, *εἶμι* ea in re plane congruit, quod etiam praepositioni *iv* digamma erat praepositum. *Iv* autem proprie *iv* sonuisse, vetustissima testantur monumenta (Keilii sched. epigr.), in quibus inveniuntur scripturae: *εν*, *ενεγράψαμεν*, *ενλέαντι*, *ενζανταῖς*, *εντίς*, ubi digammatis in locum successit aspiratio; item *ές*, *είς*. Hinc nullo negotio terminationem *-φι(v)* et locativum illud *ι*, veluti in *Ἰσθμοῖ*, repeti posse existimo; vide infra § 8, adn. 5. Subvenit, quae in inscriptione quadam Latina Keillio auctore (in sched. epigr.) invenitur forma: „hinsidias,“ cum spiritus asperi signo, quod minime lapicidae culpa additum est. — Sed haec hactenus.

§ 8.

Ἰσθμός. Secundum Keilium (in sch. epigr.) disceptant VV. DD., utrum haec vox ab *ἰέναι* sit ducenda, id quod plurimi volunt, vel cum *via* (*vea*, *veha*) comparanda vel valeat i. q. *εἰσθμός*, an, ex Doederlinii sententia, ad *ἔσθειν*, *ἔσθειν* sit referenda.

Quid in hac re iudicandum sit, in proximis patefaciemus.

Viam vocem a radice *vi* descendere, satis iam existimo ex iis apparere, quae de vocabulo *ἰέναι* supra § 1 dixi.

Vēa, plebeia vox Varrone testante, eiusdem, cuius *Via*, originis est, sive eam vis per assimilationem vocalium explicare, quā propter subsequentem minus claram vocalem praecedens clara vocalis et ipsa, fortasse cacophoniae causa, descendit in minus claram, ut *e-a* ab *is* pro *i-a*, *e-o*, *e-am*, *e-untis* pro *i-o*, *i-am*, *i-untis*, sive ob aliam quam causam, quā Graecam rad. *vi* saepenumero in *vi* videmus mutatam.

Vē-h-a apertissime e *vē-hi-a* per syncopen (cf. Forc. lex. sub *Via*) prodiit: est forma reduplicata e *vehi*, unde *vehi* cum spiritu aspero intermedio, cuius usus apud Graecos pro digammate antiquissimus est, ut *vehi* in Dorico composito *πειταέτηρίς*, Laconice in titulo antiquo *εποίεε* i. e. *εποίηε* pro *εποίησε* Ahr. II p. 76, Doricum *Μῶά* (Buttm. Ausf. Gr. I p. 75).

Adn. 1. Ut stirps *ve-* participii verbi *εἶμι* utraque significatione denotare potest aut *aliquid adesse* aut *aliquid appetere*, ita quod inde ortum est *ve-* in *μένω* retento *v* (cf. *μάω*, *μέμονα*, *γάω*, *γέγαα*, *γέγονα* — cur hoc eiusdem sit originis, cuius *γέντο*, videsis adn. 4) et litera *μ* in fronte addita (cf. Doricum infinitivum *εἶ-μεν* ex *εἶ-μενι*) significat *aliquid perpetuo esse*, *manere* atque *μέμονα* ab eodem *ve-* *aliquid perpetuo appetere*; ab hoc *ve-* in *μειν* mutato, ut *δ-δόνι-ος* dent-is, descendit *Μόνι-σα*, *Μοῦσα*, *Μοῖσα*, *Μῶά*; similiter Laconica: *πᾶά*, *Μῶά*, *ἐκλιπῶα*, *ποιῶμαι* pro *ποιήσομαι*; Dorica: *λείπονσα* e^t *λείπωσα*, *λείπωά* Lac., *λείπονσα* Cret. Arg., *λιποῦσα* et *λιπῶσα* Dor., *λιπῶά* Lac. *λιπόνσα* Cret. Arg. Vid. quae de etymo dicta sunt ab H. Steph. th. gr. l. sub *Μοῦσα*.

In illo *vehi* reduplicationis notio aperte est *iterativa*, ut in *imitari*, *μιμῆσθαι*.

Adn. 2. Quemadmodum enim Ionicum *μῖν* pron. 3 pers. e *μειν*, *ειν* (ut *μῖμέρα* cognatum cum *ἡμερος*, quae vox pro vulgari aspero Aeolice lenem appictum habet cf. Ahrens. I p. 26), ita *μῖμῆσθαι* ortum est a rad. *vi* verbi *εἶμι* et ita quidem, ut *μειν* sit reduplicatum,

unde $\mu\tau\mu$, hinc vi digammatis $\mu\bar{\nu}\mu$ ($\mu\bar{\nu}\mu\sigma\varsigma$); inde efficitur propter vim reduplicationis iterativam propria notio *it-it-andi* i. e. frequenter accedendi, quae et forma et notio facillime recognoscuntur in Latino (m) \bar{i} -mit-ari eiecto digammate ex (m)i(t)-mit-ari; eiusdem originis est *imago* ex *imitago*. Huc trahi potest *n-it-i* (ad aliquid), quod pro $m n$ in fronte habet.

Ve-hi-a sive *vēha* igitur aptissime dicitur locus, per quem *itatur*. Eodem modo vivo a ter reduplicata rad. $\tau\bar{\nu}\tau\bar{\nu}\tau(i)$ duco sensu reflexivo, quoniam *vivere* quippiam inde potissimum intelligitur, quod in *ipso se ipsum suo arbitrato movendi* potestas inest.

In inscriptionibus, Keilio auctore l. l. legitur *HISΘΜΟΙ* (*Ἰσθμοῖ*); *Ἰσθμός* autem pro $\tau\sigma\theta\mu\sigma\varsigma$, quod vel inde patet, quia Pindarus Isthm. I, 9 et 32 hiatum illicitum admisit: „ἀλιεργία ἰσθμοῦ“ et „Ποσειδάωνι ἰσθμοῦ τῆς“; hac igitur in re arta propinquitate coniunctam vides vocem *Ἰσθμός* cum $\epsilon\bar{i}\mu$ digammate instructo; non minus iam propter soni consensum vocum *Ἰσθμός* et *ἴσθι* naturali quodam sensu suspicaberis, ambas quodammodo inter se cohaerere. Ne multa! Non minus forma quam notio usitatissima, quā *Isthmos* est, ut Forcell. verbis utar, „terra longa et angusta, inter duo maria, duas continentes iungens“ nos eo adducunt, ut a rad. $\tau\epsilon$, unde *ἴεναι* et *via* propagata sunt, repetamus. *Ἰσθμός* igitur est *locus, per quem itatur*, ex longe plurimorum Etymologorum sententia.

Proximum est, ut literae σ vocis *Ἰσθμός* originem quaeramus. Ut v. v. $\bar{\nu}\theta\mu\alpha$, $\delta\bar{\nu}\theta\mu\eta$, $\sigma\tau\alpha\theta\mu\sigma\varsigma$, $\pi\sigma\theta\mu\sigma\varsigma$ finiuntur in syllabas $\theta\mu\alpha$, $\theta\mu\eta$, $\theta\mu\sigma$, similiter *Ἰσθμός* cadit in $\theta\mu\sigma$; penultima *Ἰσ* autem ab *ἴσθ*; nam rad. $\tau\epsilon$ (s. $\tau\epsilon$), mutatam in $\tau\sigma$, litteram δ assumpsisse videmus in cognata forma $\delta\delta\text{-}\sigma\varsigma$ s. Ionica $\sigma\delta\delta\text{-}\sigma\varsigma$ per metathesin ex $\delta\tau\delta\text{-}\sigma\varsigma$; item eadem rad. $\tau\epsilon$, consonante δ aucta, in *ἴσθθμός* cernitur, unde *Ἰσθθμός*; pari modo $\kappa\epsilon\lambda\lambda\epsilon\iota\sigma\mu\alpha\iota$ e $\kappa\epsilon\lambda\lambda\epsilon\iota\text{-}\delta\text{-}\mu\alpha\iota$ ortum esse facile intelligitur comparatis formis $\kappa\lambda\epsilon\iota\text{-}\delta\text{-}\alpha$ ($\kappa\lambda\epsilon\iota\omega$), $\kappa\lambda\epsilon\iota\nu$ clav-is, clau-d-o (vid. progr. c. § 25, adn. 5). Quare *Ἰσθμός* eandem, quam $\delta\delta\text{-}\sigma\varsigma$, *via*, originem habet atque antiquitas eandem vim. Sed, quemadmodum $\pi\sigma\theta\mu\sigma\varsigma$ proprie quidem est traiectus i. e. *quivis* locus ad traiciendum mare, deinde *fretum*, quod traiectio nisi angustissimis maris locis fieri non solebat, ita *Ἰσθμός* principio quidem et *universe* est locus, per quem itatur, qui transitur, transitus *quilibet*; sed ex vulgari usu loquendi angustior huic vocabulo notio subiecta est, quā denotat *angustum transitum, qui inter duo maria ab altera continente ad alteram ducit*.

Ἰσθμός igitur notionem Homerici $\epsilon\bar{i}\sigma\theta\mu\eta$ complectitur. Quapropter res eodem redit, sive v. *Ἰσθμός* ab *ἴεναι* ducis sive ad vv. *via*, $\epsilon\bar{i}\sigma\theta\mu\eta$ revocas, quoniam cunctis his vocabulis *eundi* potestas inest.

Doederlinius contra (Hom. gloss. T. I § 35) in mirabilem sane incidit coniecturam, docens *Ἰσθμός* ab $\epsilon\sigma\theta\epsilon\iota\nu$, $\epsilon\sigma\theta\acute{\iota}\epsilon\iota\nu$ esse, quod *proprie* sit meatus, quo cibus in ventrem penetret secundum Galenum: $\tau\acute{o}$ $\mu\epsilon\tau\alpha\acute{\xi}\upsilon$ $\tau\omicron\upsilon$ $\sigma\acute{o}\mu\alpha\tau\omicron\varsigma$ $\kappa\alpha\iota$ $\tau\omicron\upsilon$ $\sigma\tau\omicron\mu\acute{\alpha}\chi\omicron\nu$ $\mu\acute{o}\rho\iota\omicron\nu$. Nihilo magis cum Forcell. (lex. s. Isthmus) facio dicente, proprie hoc nomine *collum* describi. Uterque eorum nativam notionem confundit cum metaphorica. Buttmanus Ausf. Gr. II p. 399: „*Ἰσθμός* eigentlich Gang, Durchgang, daher Hals und Meerenge.“ Et vere. Nam, etsi me non fugit, multa *alia terrae loca* nominibus similium *corporis* partium esse nuncupata, ut *caput* (Italicum capo), *cornua*, *frons*, *os*, *lingua*, $\acute{\alpha}\gamma\chi\acute{o}\nu$ i. e. cubitus: de fluvii flexu Herod. II, 99 (unde

Ancona), tamen quum notio tum praecipue forma impedit, quominus vocem Ἰσθμός ab ἔσθειν statuamus profectam. Maxime, inquam, mea istius interpretationis dubitatio tangit *formam*. Quam si respicis, penultima syllabae Ἰ vocalis, praeter ἔσθειν, ἐσθίειν, desideraret ἴσθειν, ἰσθίειν: quae formae, ab *ι* ordientes, nusquam, quod sciam, reperiuntur apud veteres. Praeterea in v. ἔσθειν *edendi, consumendi* tantum sententia inest, cui quidem significationi quomodo in priore syllaba substantivi Ἰσθμός notio secundaria, quā sit *via, meatus, per quem cibus in ventrem descendat*, subiici possit, parum utique liquet. Quare nihil aliud restat, nisi ut ab ἰέναι illam vocem ducamus. Ergo Ἰσθμός proprie est *via* (Gang) et artiore quidem sensu ex usu *via angusta, qua continens altera alteri est connexa*. Quodsi in v. v. ἰέναι, ὁδός originem videmus vocis Ἰσθμός, ab initio huius vocabuli significatio est *terrae via, locus* et tum demum ad similitudinem *huius meatus corporis* quaedam partes item Ἰσθμοί sunt vocatae, ut *fistula cibalis* (pro qua voce vulgaris forma οἰσόφαγος ex οἴσω cum οὐδός, οἰδός cognato et ex φαγεῖν: *via* igitur, per quam quae esa sunt, demittuntur) inter oris et stomachi cavernas, *collum* inter caput et ceterum corpus. Homericum illud Ἰσθμιον igitur aut universim quicumque ad *collum* pertinet ornatus est aut, quod equidem malim (secundum Hesychium apud H. Steph. th. gr. l.: Ἰσθμιον: στενὸν χωρίον sive γῆς στενὰ μετὰξὺ δύο θαλασσῶν) genus quoddam singulare ornamenti collaris eiusmodi, quod similitudinem speciemque veri in terra Isthmi gerat, ut filum aureum insertis margaritis vel potius unionibus distinctum.

